

DOMINICA LIV.

Ex Quæst. 127. & seqq.

TENTATIONES SATANÆ IN-  
desinenter deprecemur.

TEXTUS Jac. 1, 12. ad 16. usque.

*Vers. 12. Beatus est vir qui sustinet tentationem:  
quoniam probus compertus, accipiet co-  
ronam vitæ quam promisit Dominus iis  
à quibus ipse diligitur.*

*vers. 13. Nemo quum tentatur, dicat, à Deo ten-  
tor. nam Deus tentari malis non potest,  
nec quemquam tentat.*

*vers. 14. Sed unusquisque tentatur, dum à pro-  
pria cupiditate abstrahitur & inescatur.*

*vers. 15. Deinde cupiditas, posteaquam concepit,  
parit peccatum: peccatum verò pera-  
ctum gignit mortem.*

QUÆST. 127. Quæ est sexta petitio?

*RESP. Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos  
à malo: hoc est, Quoniam ipsi natura à deo  
debiles sumus & infirmi, ut ne momento  
quidem subsistere possimus, infensissimè  
aut hostes nostri, Satan, mundus, ac nostræ  
ipsorum caro, nos continenter oppugnant:*